



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

11 De iniuria verbali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Febilis & si vere character non sit. Nam quod scribitur in c. 1. de ord. ab. p. i. q. 1. tenentia. Episcopus non probat Episcopatum characterem imprimere, sed potestatem indelebilem, licet Episcopatum vere esse ordinem, & sacramentum, ac characterem imprimere, teneant glossa in proemio sexti. in verbo Episcopus. Abb. in cap. aqua de consecra. Eccl. idem Abbas & alij in d. c. 1. Durandus, Almain & Maior. dist. 24. quest. 1.

Hinc & illud deduci poterit. Num is, qui presbyter non est, possit in Episcopum consecrari: ita ut vere Episcopus sit & potestatem indelebilem acquirat? & glo. in cap. 1. de clerico. per sal. promor. & in d. cap. ex literis. & ibi Abb. tenent, eum, qui presbyter non sit, vere non posse in Episcopum consecrari per text. in d. c. ex literis. Sed contrarium quibusdam placuit: cum Episcopalis potestas indelebilis sit, & ab alijs officijs distincta, tamen eam exercere non possit, qui presbyter non sit, secundum Joannem Andræ & alios in d. c. 1. quos sequitur Iacobatus. de concili. lib. 19. art. 7. & est communis opinio, ut asserit Abb. in d. c. 1. Quamvis Soto neget hanc opinionem, asserens, nihil fieri, si qui presbyter non est, consecratur Episcopus: atque idem præmittant S. Thom. & qui eum secuti fuerunt.

Caterum si potestas Episcopalis indelebilis est, ut modo diximus, distincta ab alijs ordinibus, etsi vere ordo non sit, licet Episcopus consecratus cum nondum presbyter esset, exercere non valeat officium Episcopale: & tamen illud exerceat, male agat, ac peccabit mortaliter, sed tenebit quidem quod ab eo fuerit celebratum, modo ex necessitate, res presbyteratum non exigat. Quo fit ut sacramentum confirmationis teneat: collatio vero ordinis presbyterij minime: cum eius ordinis minister non sit, qui eo caret, non enim potest potestatem supra corpus Christi verum concedere is, qui eam non habet: sicut constat ex notatis in d. c. 1. de clericor. per sal. promor. Verum S. Thom. & qui eius opinionem probare conantur ex eo censent Episcopatum non esse ordinem, quod omnino à sacerdotio depèdat: atque ideo præmittunt ad necessitatem sacramenti non esse necessarium, nec requiri presbyteri ordinem, si Episcopatus ordo sit, ac sacramentum à sacerdotio distinctum. Qua ratione admissa, qui assererat, Episcopatum nec esse ordinem, itidem fateri debet, eum, qui sacerdos non sit, Episcopum consecrari non posse, nec consecrationem valere: imo irrita esse, quemadmodum Thomas, & alij fatentur. Quod si Episcopatus sit ordo proprie censendus: tunc facillimum erit probare, eum, qui sacerdos non sit, posse Episcopum consecrari, ut tandè consecratio teneat. Quod constat in d. cap. 1.

CAPVT XI.

De iniuria, quæ verbis fit, & maxime de ea quæ veri criminis obiectione irrogatur.

SUMMARI A.

1. Iniuria verbis facta honoris præfatione non tollitur.
2. Qualiter apud Hispanos conuictum puniatur.
3. Solidorum aestimatio varie expenditur, siue hi aurei, siue erui ad instellum iuris Casaræ. & Regij: atq; ibi de Anarodis valore.
4. Marauedinos huius regni cognitio traditur ad plurimum legum regiarum de conuictis, loquentium interpretationem. & ibidem Via Armata pona.
5. Constitutio puniens percutiendam, non obtinet aduersus Conuictantem verbi: & ibi Anania sententia non indiligenter examinatur.
6. An iniuriarum teneatur is, qui alteri verum crimen, vitiosius obiecit?
7. De Famoso Libello.
8. Vera interpretatio ad l. ult. C. de reuoca. donat. in qua de Donatione, inter viuos reuocanda ob iniuriam illatam, vel accusatorem, item de usufructu dominum iniuria afflicente.

Iniuriam non tantum facto, sed & verbis fieri palam est & probatur in leg. si non conuicti. Codic. de iniur. l. cum, qui innocenter legatam apud Labonem, ff. eodem. capit. cum T. à B. de re iudi. adeo quidem ut nec iniuriam istam extinguat honoris præfatio: frustra etenim protestatur, qui alteri verba communi omnium interpretatione iniuriosa dixerit: nec iam de eius animo quidquam est censendum: quale illud vulgo traditur, Mentiris saluo honore tuo. Bartol. & alij in leg. si quis extraneus, ff. de acquir. hered. Abb. in cap. ea te de iure iurand. & in dict. capit. cum T. à B. Angelus in l. vestem, ff. de iure iur. Alexand. in leg. arpia, ff. de leg. primo, Socin. cons. 118. volum. 1. Iason in l. v. vim ad finem, ff. de iusti. & iure. Felin. in c. dilecti, pen. lt. solum. de except. Anton. Rube. in repeti.

Simone sum. 461. ff. de verb. signific. col. 2. Quid enim obsecro iudicat, velle, ac præfari honorem saluum esse eius cui verbum profecto proderit alterius honori hæc ipsa præfatio: cum in notam vere fame contraxerit. facit ad hoc textus optimus in l. 1. de præsumpt. legitur à conuictis abstinentum omnino exhiberent à Reipublica legibus puniuntur. Apud Hispanos iuribus, iniuriam illam retractet coram iudice, & honestis personis, Palinodiam, ut aiunt, canendo: & præterea ter centis solidis mulctetur. l. 2. tit. 9. lib. 8. ord. iur. vicia vero hæc sunt: q. 1. de Sodomita, Hæreticus, Proditor, Cornutus. quorum vltimum traditiam irrogari per hoc maxime odiosum nomen: idem notatur. insi. a. de iniur. Ripa. in l. v. quæst. 7. C. de reuoca. donat. quibus addit Andream Alciat. lib. 7. Parerg. capit. 5. Artemidorum lib. 2. de sumijs. cap. 12. & Claudij Spencij lib. 2. de cõmentis. c. 8. lib. 5. c. 4. His etiam ab eadem Regia constitutione addit Merendinum nomen, & vitium, femina maritata obiectum. Præterea etiam idem recepit in eo, qui alterum isdem conuictij causa appellauerit. Quod vero obiter atinet ad æreos solidos, quibus conuictor ex ea lege mulctandus est, varia traduntur apud diuersa tribunalia obseruatio, quidam etenim iudices morem propriæ regionis secuti, quemlibet solidum duobus æstimant quadrantibus, quos vulgo hæc ætate marauedos appellamus: alij vero, & frequentius supremi Regij prætorij iudices, quatuor quadrantibus solidum parum esse censent. Nam & solidorum valor conformis non est: imo varius quidem, attenda varia provinciarum taxatione. Sic equidem solidus, cuius meminit Iustiniani Codex pondus habebat cum eo nummo, qui nostra ætate Castellanus dicebatur: isque aureus sicuti solidus erat. & hoc probatur ex notatis per Budæum lib. 5. de Ass. quo in loco scribit, solidum cuius meminerit Iustinianus, sextam esse vncie partem: & ideo is nonaginta sex grana habebat: auctore Alciato lib. 11. Cod. colum. 2. idem Ildorus scribit libro Etymologiarum 16. cap. 24. dicens, solidum etiam dici sextulam apud Latinos, quod sexta sit vncie pars: quod probatur ex leg. quoties. C. de iust. & Arcar. vbi scribitur libram auri duodecim vnciarum constare ex septuaginta duobus aureis solidis, quo fit manifestum esse, solidum grana habere nonaginta sex, & esse partem sextam vncie. Numus autem, quem Castellanus diximus, sextam habet vncie partem: & ea ratione solido similis censetur: & id receptum est in praxi apud Regia Hispaniarum Prætoria, vbi ad hanc rationem expenditur quingentorum solidorum summa cuius meminerit lex, sancimus. & lex penult. c. de donationibus. & Regia l. 9. tit. 4. part. 5. que solidos antiquos, aureos Marauedinos appellat: non quod intelligenda sit de aureis, quorum Iuriconsulti veteres meminerit, & præsertim in l. nonnulli, ff. de accusa. & in l. 3. ff. de varijs. & extrordinar. legum, sed quod apud nos dictio ista Marauedinus generalis tere sit, pluribusque & varijs conueniat monetis, ut nuncius apud Latinos: quod statim ostendemus. Aureus sane apud veteres sescuplo maior erat solido: ita quidem, ut tantum ponderis haberent aurei quatuor, quantum solidi sex: ex quo fit, ut quatuor aurei constituerent vnciam & quadragesima octo libram Romanam duodecim vnciarum, ut libro 2. tit. 10. & quinto de partibus assium. ex Julio Polluce libro quarto, docet Gulielmus Budæus & Alciat. libro tertio disputat. cap. 100. Leonardus Portius libro primo, de monetis; & Georgius Agricola lib. 2. de pondere & temperat. monet. qui ex Cornelio Tacito, Suetonio, & alijs auctoribus aureum esse existimant valoris mille quadrantum, quos vulgo Itali Quattros Hispani Marauedinos appellamus: siquidem vnus aureus centum continet sestertios: quorum quilibet decem quadrantibus æquiualeat. licet satis eruditè Ant. August. libro secundo emendatuum, capit. nono. probare conetur aureum nummum sextant fuisse vncie partem, atque à solido minime differre: & id adserit Amylius Ferrer. Insir. de pena temere litigan. de valore tamen aurei nulla apud ipsos est controuersia. hinc inferitur intellectus ad ad text. in dicta leg. nonnulli, ff. de accusa. quæ pauperum esse censet eum, qui minus quam quinquaginta aureos in bonis habet; itidem ad Regiam l. secundam tit. 1. part. 7. quæ eam summam ad quinqueaginta marauedinos retulit: vtraque enim lex intelligenda erit de quinquaginta nummis aureis, quorum moda meminimus.

Quod vero diximus solidum parem fuisse nummo aureo Castellano intelligendum est quo ad pondus: nam quo ad valorem non omnino similes sunt hi nummi: siquidem solidus ille aureus Iustiniani, ea ætate valebat sexaginta sex sesterios & dimidium ac paulo plus: atque ita sexcentos sexaginta quinque maravedinos, vel quadrantes; quibus vnus sexaginta quinque computationis rationem nummus addi poterit ad exactam computationis rationem nummus Castellanus nostra ætate æstimabitur quadringentis octuaginta quinque & dimidio. Solidorum etiam meminit textus ijs nummis & dimidio. Solidorum etiam meminit textus ijs nummis & dimidio. Solidorum etiam meminit textus ijs nummis & dimidio.

seu veteris monetæ æreis Maravedinis æqualem esse. quibus consequens est veteris monetæ Maravedinos maioris valoris fuisse, quam quibus modo vtimur, cum sex veteres ærei Maravedini pares valore sint decem quibus nunc in commercijs passim huius regni in colas vtuntur. habet autem veteris ille adhuc proportionem sesquialteram, & de veteri est intelligenda lex 11. & idem l. 9. tit. 1. lib. 4. ord. [hodie die l. 11. & 17. tit. 3. lib. 6. Recop.]

Hinc primo inferitur, Maravedinum Alfonso Regis & legumlatoris æqualem esse quo ad valorem veteri Romano sesterio, sic decem quadrantibus nostræ ætatis æreis Moropetinis, ac centum antiquis Castellæ denarijs. Secundo deducitur, præfati Regis Alfonso nummum, Maravedinum bonum apud huius regni sanctiones passim nuncupari, & id probatur ex l. 1. tit. 9. lib. 8. ordi. [hodie l. 1. tit. 7. lib. 8. Recop.] & l. 1. tit. 5. [hodie l. 1. tit. 5. lib. 8. Recop.] & l. 9. tit. 7. l. 1. tit. 12. lib. 8. Recop.]

Quinto inde compertum erit non satis exacte hac in re Cellum Hugonè in repertorio dictas constitutiones Regias dictionem Maravedis: perpendisse, nec perfecte collegisse Alfonso à Montaluo in d. loco. scripserit. Sexto poterit ex his intelligi Regia lex 3. tit. 12. lib. 8. ord. [hodie l. 3. tit. 22. lib. 8. Recop.] quæ fuit statuta à Rege Alfonso vndecimo Aera M. trecentisima octuagesima sexta Compluri tit. 20. l. 12. vbi Armatos homines congregant es ad vim inferendam magistratibus publicis, puniuntur multa sexcentorū Moropetinarum: & in specie constitutionis sequentis sex mille; & rursum in priori ordinatione mille, distinctis ibidè conuentionis qualitatibus: ea etenim multa ad veteris monetæ Maravedinos est referenda, sicuti in dict. ordinatione volumine refertur, tametsi in scriptis manu exemplaribus constitutionum Alfonso Regis ea pœna ad monetam eius temporis referatur, quod parum refert: atque hæc dicta sint iuxta eam opinionem, quæ deduci potuit ex ordinationibus Regijs, quibus nunc vtimur: etiam si non ignoremus aliam rationem horum numismatum fortassis haberi posse, quam peculiari libello aliquando exponere conabimur.

Quarto apparet ex præmissis; bonum Maravedinum differre à Maravedino veteri: cuius etiam mentionem faciunt Regis constitutiones, & constat hæc illatio ex dict. l. 1. tit. 5. vbi expressim probatur, Maravedinū bonum sex veteribus

Septimo forsitan ad hanc rationem erit explicanda Moropetinarum Lusitania summa, cuius mentio fit à Romano Pontifice in capitulo cum olim in 2. de priuileg. licet Ludouic. Gomezi, in regul. de valore. q. 9. opinetur quemlibet ex illis Moropetinis, valore parè esse dimidio scuto aureo; quo nunc Itali vtuntur, sed ipse rem istam missam facio his, qui maiorem cognitionem habent veterum Lusitania numismatum. hæc etenim obiter adduximus ad Regiam constitutionem, quæ de conuictis puniendis tractat: nec tamen ignoramus multas pecuniarias à Regijs sanctionibus indictas; qualibet in huius regni, prouincia, seu tribunali, ex præxi satis aperte certam ad summam redactas fuisse.

Verum, vt ad præpositam questionem, à qua digressi sumus, reuertamur, ex eadem Regia sanctione, quæ de Conuictis puniendis agit etiam colligitur, conuictiorem cogendum esse coram iudice & honestis personis, quod obiecerit retractare, seque mentitum fuisse fateri; quodcunque vitium conuictio expresserit, licet non sit ex illis sex; quæ in eadem Regia lege eius initio explicantur, hoc tamen varie accipitur à iudicibus, nec omnino id seruatur: imò frequentius omittitur, aliaque pœna pro arbitrio iudicantis inferitur conuictori. Nam ea retractatio, cuius paulo ante mentionem fecimus, tantum à lege & iudicibus iniungitur, vbi conuictum contigerit per obiectionem alicuius ex illis sex vitijs, quorum lex priori parte meminit.

Erit vero aduertendum, an sit legi regie locus, vbi verba illa dicta fuerint contra absentem? Et sane quibusdam videbitur in hac specie, non esse legem prædictam admittendam ex eo quod tunc contumelia dicatur proprie, cum verba in præsentia alterius fuerint dicta, non alias: quia ad rationem contumeliæ necessarium est, vt verba præsentiantur, contumelia enim quia contemptum significat, & honori qui præsentis sit, aduersatur idcirco vere contumelia præsentis sit, aut denique absentis, quodies qui protulit verba eo animo ea in absentem iactat, vt in eius perueniant notitiam. In quo differt à detractore, qui verba in absentem profert, vt illa celare velit; quemadmodum S. S. Thom. explicat. 2. 2. q. 72. art. 1. & q. 73. art. 1. in vers. respondeo. & Domin. Soto libr. 5. de iust. & iur. q. 9. art. 1. sic lege Regia tenebitur, qui verba in absentem protulit eo animo vt in eius notitiam perueniant.

Iustissimū tamen est, famæ, & honoris restitutione fieri his, qui conuictis obiectis eius læsionē passi fuerint. c. quisquis 8. q. 1. c. inter solie tudines. de purg. can. Host. in Summa de penis. §. quibus. vers. quid de accusatorib. Thomas 2. 2. q. 62. Floren. 2. patr. tit. 2. cap. 2. §. 2. & probatur ex reg. peccatum de reg. iur. in 6. hoc addito nō esse minorē, imo multo maiorem Honoris & famæ. quam iterū spoliatione, auctore Salomone Proverb. 22. dicebat: melius est nomen bonum, quam diuitie multe. Nam & bonorum exter-

*Contumelia fit
prebenti aut ab
absenti eo non pro
lati sunt vt ad
notitiam perueniant
detractio absentis*



norum maximum est honor, ut scribit Aristot. 4. Ethicor. cap. 3. cap. de veteres, 6. q. 1. Scribit & Iocrates in oratione contra Lochitem, Athenis legem lata fuisse, qua quingentis drachmis vetita conuitia puniebantur.

Ex quibus auus est Ioan. Ananias in cap. 1. numer. 5. de maleficiis scribere, irrogantem contumeliam seu contumeliam verbis Cardinali, eidem affici pœnis, quas Romanus Pœtifer statuit in cap. falicis. de panis. in 6. idem probat Felin. in cap. non dubium. de sentent. excommunic. quibus & alia ratio ad stipulatur, quod appellatione Percussionis non tantum comprehenditur ea, quæ facta fit, sed & ea, quæ verbis, saltem ex lata dictionis significatione Bart. in l. aut facta. in princip. ff. de panis. prædicta autem constitutio cum favorabilis sit, & in honorem Romanæ Ecclesiæ, eiusque ministrorum sanctita, mirum nõ est, si hanc latam interpretationem adsumat. qua ratione idem hi Doctores dicerent in iniuriam inferentibus verbis contumeliosis, quibuslibet clericis, ut ex hoc excommunicati sint sententia canonis, si quis suadente. 17. q. 4. cum & ea constitutio in favorem totius cleri ab Innocentio fuerit promulgata. Ego vero dum Salmanticæ interpretater tex. in cap. nuper. de sentent. excommunic. anno Domini M. D. XLIII. publice hæc Ananiæ sententiã impugnavi fallam esse existimans: quam postmodum improbatam esse video à doctissimo, observatissimoque præfule Ioanne Bernardo Episcopo Calagurrienfi in præf. crimen. cap. 60. quo in loco Felinum minime retulit, atque ab Anania discessit ea sola ratione, quod grauis pœna à iure in percipientem statuta nunquam comprehendit inferentem verbis iniuriam. cui ego & illud addiderim libenter ut Ananiæ rationi satisfaciam, quamlibet constitutionem pœnalem respectu ipsius criminis, aut iniuriæ, odiosam esse, & ideo restringendam: respectu vero personarum, quibus iniuria fit, esse favorabilem, & ob id extendendam: quod notari potest ex verbis Baldi. in l. illud. colum. 3. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis. optima gloss. in leg. unica. Cod. de in ius vocand. quam ibi Doct. Communiter sequuntur, & Iaf. in l. 1. colum. 2. C. de success. edit. Abb. in d. cap. non dubium. de sentent. excommunic. unde canon, si quis suadente, & similia iura, quæ ob honorem Clericorum, aut Cardinalium pœnam irrogant eos percipientibus respectu ipsorum, quibus iniuria fit, favore continent, at respectu ipsius iniuriæ odiosa censentur, nec extendenda sunt, & ea ratione ad verbalem iniuriam non sunt prædictæ constitutiones deducendæ ex quo tollitur ratio ipsius Ananiæ, tollitur & secundo alia consideratio, quæ Ananiæ opinionem videtur plurimum probare. Solet enim adnotari constitutionem partim odiosam, partim favorabilem, censeri omnino favorabilem esse, si principaliter in favorem statuta sit. gloss. Dominic. & Fræcus in cap. statum de prebend. in sexto. gloss. & Dominic. in cap. sciatis eundi. in verb. alios. de electio. in 6. Felinus in dicit. cap. non dubium. & in cap. primo. n. 14. de sponsa. optima gloss. & ibi Aretin. colum. 3. & Alciat. num. 42. in l. prima. in princip. ff. de verbor. obligationib. sed canon prædictus principaliter tendit in favorem clericorum, igitur censendus est favorabilis. cæterum præter hoc quod gl. in dicto capitulo statutum minime probat conclusionem ex ea deducendam eadem fateatur illius capituli constitutionem tantum, favorabilem esse. hæc ipsa Theorica licet vera sit, est intelligenda, quoties odium à favore distingui non potest: at si odium & favor distingui commode queant, favor, ut favor, odium, ut odium adsumendum est. Deinde quantum Reipublicæ interfit crimina puniri leg. ita vulnerari. 1. respons. ff. ad legem. Aquil. cap. vi. fama. de sentent. excommunicat. & ea ratione dixerit Bartolus in l. quædam. modum. colum. 2. Cod. de agricol. & cens. leges pœnales & scelera punientes favorabiles esse censendas, cui plures accedunt, quos referunt Hippolyt. in præf. §. aggregatior. num. 59. & leg. unica. C. de rapt. virgin. num. 226. Iaf. in l. strates. C. de inoff. testam. col. 2. Felin. in cap. translatio. col. vt. de constit. id verum est ad eum effectum, ne delicta remaneant impunita, & ubi non satis punirentur, nisi pœnales constitutiones latiori quodam modo interpretaremur, alioqui benignam atque strictam harum legum interpretationem sequi tenemur, quando ex hoc delictum nihilominus puniri potest, ne pœnarum acerbitas augeatur, quod probatur ex Jurisconsulto in l. si præses. & in l. in interpret. ff. de panis. & animaduertunt Bar. in l. 2. §. exercitum. ff. de insania. Deci. in leg. 3. n. 109. ff. de regul. iuris. & in leg. factum. §. in panibus. ff. eod. & Curt. Jun. in leg. bona fides. num. 13. ff. de post. ad hæc facit, quod pœnalis constitutio nunquam extenditur ex lata verborum significatione, nisi & eadem ratio subsistat iuxta eam resolutionem, quæ traditur per

Dominic. & Franc. in cap. 1. de temporib. ordin. in 6. Bartol. & not. in l. si constante. 9. qua. ff. solut. matrim. Deci. in d. cap. translatio. & in dicit. §. in panibus. & in l. si quis id. quod. col. ff. de curat. hoc capite. ff. de rit. nupt. cap. vt. de trans. pralat. quis autem rector dicit dicit eandem esse rationem in iniuria, quæ Verbis constitutio ex iniuria, quæ facta fuerit irrogata ad eam, quæ tametsi lata verborum significatione id suadere videatur: nec enim est tanti præiudicii conuitium, quanti percussio. si pœna aduersus Ananiam quatuor rationes adduximus apertè Marte diluentes totidè, quæ pro eo animaduerti possent. Sed & quinto contra Ananiam facit quod late conatur probare Aymon. consil. 6. colum. 1. & sequentib. dicens non esse crimen læsæ maiestatis verba iniuriosa in principem dicere. argum. text. in l. famosi. ff. ad legem Jul. maiest. diversa significatio hæc duo sunt, cum à Iustiano diversis titulis explicentur in Rubric. C. si quis imper. maledi. & C. ad legem Jul. maiest. quo fit falsam esse existimem Ananiæ sententiam. Sic Iane Card. Ia. cob. in tractat. de concil. lib. 1. pag. 39. obitur Ananiæ alleganda dubitat eius opinionem veram esse. Scribit hæc de Paulus Iurifconsultus, cum qui nocentem infamavit, non esse bonum & equum ob eam rem condemnari: peccata enim nocentium nota esse & oportere & expedire. a. l. eum qui nocentem. cui cõuenit Regia l. 1. tit. 9. part. 7. Bartol. tamè querit an iniuriarum actione teneatur is, qui alteri verum crimine conuitiū istud tunc esse puniendum, quando Reipub. non interfit, vitium illud, quod conuitio obiectum fuerit, manifestum fieri: sed si Reipub. hoc interfit, impunitum esse, ac debere censeri tale conuitiū: licet per accusationem vitium obiecti deduci nequeat in iudicio. Prioris membri exempla sunt in Ienonis: posterioris vero, si quis alteri dixerit hæreticum, sodomitã, falsarium, spurium, latronem ve esse, idem notant Petrus, Cynus in leg. si non conuiti. 8. qua. ff. Codic. de iniuriis. cam. distinctione procedere, quidam existimant sine in iudicio, siue extra iudiciū id contigerit, ex gloss. in dicit. leg. eum qui nocente. ego quidem primū animaduerto sine in iudicio, siue extra iudiciū conuitiū dicitur, etiam verum, cuiusque notitia Reipub. interfit: prout tamen intentione, atque iniuriandi animo, peccatū esse non omnino ab iniuriarum actione liberū, quod probatur: nam est bonū sit, ac Reipub. vitale nocentium crimina nota esse, & ea manifestari: prout animus revelantis rem efficit iniqua, cap. cum minister. cap. relegantes. 23. qua. ff. 5. Secundo opinor, verū criminis exprobratione, cuiusque Reipub. interfit manifestationem fieri, secluso iniuriandi animo, à peccato & ab iniuriarum actione immunem esse: nec refert, quantum ad hoc, id in iudicio, vel extra iudiciū acciderit: atque ita Bartol. & sequacū opinionem interpretandam esse censeo. Tertio ad præmissa optime conducit pendere æquo animo acerrimodè: in iudicio, sic etenim præsumptiones, & coniecturæ deducantur, veri criminis & Reipub. perniciosi obiectionem, tunc demum ex iniurioso animo procedere, quando absque illa causa, utilitate ve ipsius negotij, quod tractatur, in iudicio, vel extra iudiciū contigerit. Quod eadè obiectio, exprobratio ve iusta causa facta fuerit, acquiescitur erit, præsumere non animo iniuriandi, sed ex ea causa contigisse quæ quidem tria colliguntur ex pluribus, traditis per Oldrad. in consil. 53. Ioan. Andr. in Speculat. tit. de iniuriis. Abb. in cap. de iniuriar. in cap. crim. t. a. B. de re iudic. col. penultim. Roman. consil. 63. Ripam. in leg. vt. qua. ff. 7. Cod. de reuoc. dona. Martin. ab Azpiliceta in cap. inter verba. 1. qua. ff. 3. Corol. 63. quibus diligenter consideratis, ea quæ sequuntur colligam.

Primum iniuriarum actione proposita puniendum esse à iudice eum, qui extra iudiciū alteri conuitium dixerit: non ut ei, proximo, aut Reipublicæ moderetur: sed ut propriè libidini aut iræ satisfaceret: tametsi Reipublice interfit, vitium obiectum manifestum fieri, non enim Veritas conuitij ipsum conuitiantem eximit à crimine iniuriæ, nec ab eius punitione, ex pulchra Constantini Cesaris 7. constitutione, in l. iustissimos. C. de offic. rector. provin. opt. tex. in l. 3. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10. & hoc ipsum est, quod Oldrad. Ioannes Andreas, Abbas, Romanus & ceteri doctores probare nituntur.

Secundo eadem ratione deducitur intelligi ad leg. 1. C. de falsis. si quis etiam in famoso libello potius quam iusta delatione alterius honorem laeserit, vera illius criminis mansuetudo capitali poena est puniendus, oportet sane, & id magis publice utilitati convenit, viros sceleratos potius accusationibus ad iudicem deferri, quam famosus libellis extra iudicium in maximam omnium perniciem infamari.

Tertium ex his apparet puniendum esse eum qui in iudicio aduersarium persequerit, exprobrans illi verum etiam crimen quod nihil ad proprii iuris comprobationem vel delationem attinet: ex hoc equidem animus prauus deprehenditur: & ideo iniuriarum actione tenetur, text. in l. quisquis. C. de falsis. nec quidem refert, expediat Reipublica an non id crimen palam notum fieri.

Quartum optime inferitur, nempe veri criminis, aut vitij exprobrationem etiam in iudicio contingentem, atque ad ipsius causae decisionem pertinentem, puniendam esse, si vel ex rixa, aut verbola litigantium contentione, et ex alius coniecturis iudex collegerit animo iniuriandi processisse.

Quintum palam est, facilius animum iniuriam inferendi extra iudicium, quam in iudicio praesumi ex veri criminis aut vitij obiectione, cuius reuelatio utilis est, vel Reipublicae vel proximo.

Sextum iuris est apertissimi, huiusmodi reuelationem extra iudicium, etiam fieri posse absque iniuriarum criminis eiusque punitione, vel ob ipsius criminis correctionem, vel ob Reipublicae, aut proximi necessitatem, utilitatemque, ex his enim constat animum iniuriandi abesse. Cautè tamen ad agendum est, vt tute & sine peccato fieri possit, nec enim sequitur, actioni iniuriarum locus non esse, igitur nec detectio criminis peccatum habet, siquidem crimen occultum, etiam si probari possit, non est detegendum saltem extra iudicium apud eos, penes quos delinquens infamatus non est, si damnum Reipublicae, vel proximi, aliter quam ea reuelatione euitari queat, cum ob solam utilitatem Reipublicae vel proximi permissum non sit alterius famam veri criminis reuelatione laedi. nam & haec inconcussa detectio criminis peccatum est, ex quo tenetur quis famam alterius restituere, secundum Thomam & Caietanum. 2. 2. quaestione 62. articulo 2. sed cauendum est, ne ita alteri famam restituat, vt se mendacem esse profiteatur, ex eisdem, & Maiore quarta dist. 15. quaest. 16. colum. 4. & tamen hoc calumniae actio non datur.

Septimum, apparet eum qui verum alterius crimen illi exprobraverit ex iusta etiam causa, praua tamen intentione ad actionem iniuriarum liberum non esse, imo grauius peccare, licet ad famam restitutionem minime is teneatur, cum tamen oriatur ex vitiosa intentione, vt scribit Hadrianus quodlibet. 1. littera. K. cui eleganter accedit Mart. Azpilcueta in cap. inter verba. 1. 1. quaest. 3. corol. 70.

Octauo, mihi probabile videtur & id maxime utile ad regulam constitutionum interpretationem, non esse à iudice cogendum Palinodiam canere, seq. mentium fuisse eorum honestis viris asserere eum, qui alteri extra iudicium prauo animo, in rixa, manifesta iniuriam inferendi intentione comititū dixerit, illi obijciens verum crimen, cuius manifestatio utilis est Reipublicae, quod probatur ex his, quae proxima sexta illatione adnotauimus, qua ratione id esse censio, si quis alteri verum exprobrat vitij, quod manifestum fieri nihil utilitati publicae conducit, licet extra ordinem in vitroque casu à iudice puniendus sit iniuriarum sane actione, iuxta Bar. & sequacium resolutionem.

Nono ex praemissis deducitur, verus intellectus ad text. in l. C. de reuoc. donat. in cap. vii. de donatio. quibus statutum est, donationem inter viuos reuocari iuste posse, si donatarius grauem, aut atroce iniuriam donatori intulerit. Nam quoties diximus ex veri criminis exprobratione actione iniuriarum oriri aduersus contumacem, dicemus sane toties donationem à donatore reuocari posse, si atrox, grauis vel etiam criminis etiam veri exprobratio: quo quidem tendit ea, quae à Ripa tractantur d. q. 7.

Decimo multo difficultus esse censio quod ab eodem Ripa proponit eadem q. 7. num ea donatio reuocari possit ex eo, quod donatarius in iudicium per accusationem aut denunciationem ipsum donatorem veri criminis reum detulerit: vt quae expediat utilitas, ipsius Francisci à Ripa in specie sententiam referam: siquidem is existimat, donationem reuocari posse à donatore ex ea causa, quod dona-

tarius eum de vero crimine apud iudicem, reum fecerit adducit in huius opinionis probationem text. in authent. vt cum de appella. cogno. §. causas. vbi filius veri criminis aduersus patrem delator exhaereditari potest: modo crimen non fit in principem nec in Reipublicam perpetratum. deinde allegat l. 1. ff. de his quibus vt indig. vbi libertus accusans patronum de vero crimine, legatum amittit. facit ad idem text. optimus in cap. 1. §. sed & qui delator: quae fuerit prima causa benef. amittit. ex quo probatur, feudum amitti ob veri etiam criminis aduersus dominum iudicalem delationem: vt quidam existimant tamen id textus vere non loquatur, nec procedat in delatione veri criminis, quemadmodum Ifernina, Aluarotus, & alij frequentius eum interpretantur: quo fit, vt parum virgeat ea decisio pro sententia Ripae. Quin & text. in dict. §. causas. procedit in filio respectu parentis: nec recte induci poterit ad donatarium erga donatorem: cui non ita vt patris: vtibus obsequendum est, nec eandem reuerentiam exhiberi necessario oportet. verum ipse hanc rem aliter distinguendam esse reor; nam si donatarius ipsum donatorem veri criminis deserat, propriam, aut suorum iniuriam prosequatur, ingratus non est, nec priuari re donata poterit: sicut nec veri criminis accusatio, qua quis aduersus testatorem prosequitur propriam vel suorum iniuriam, non inducit presumptionem tacitae legati reuocationis. text. à contrario sensu, l. filio. §. seia. ff. de adimen. lega. optima glossa & communiter recepta in dicto. §. item si delator. hanc vero tacitam ademptionem proculdubio induxisset, si ex ea accusatione reo delato gratis atroxve iniuria fieret. l. 3. ad finem. C. l. ex parte. ff. de adimen. lega. & licet causa sufficiens ad praesumendam legati tacitam ademptionem non sit fortasse semper sufficiens, vt donator reuocare possit expresse donationem, ex notatis in rubrica de testam. 2. part. numer. 20. versicul. quinto. optime tamen colligitur causam minime idoneam ad indicendam tacitam legati ademptionem, multo magis nec sufficere ad expressam donationis perfectae reuocationem. Quod si donatarius donatorem reum fecerit veri criminis quod nec ad eius propriam, nec suorum iniuriam commo- dum ve rei familiaris pertineat, ingratus est censendus, & ideo à donatore poterit donatio reuocari, quoties iure non cogitur donatarius crimen illud ad iudicium deferre, text. in leg. 1. de his. quibus vt indig. Sic etenim idem erit, si testimonium in capitali causa aduersus donatorem donatarius dixerit. qui cum maior. §. sed si cum accusauerit. ff. de bonis lib. gloss. in cap. veniens. in secundo. de testam. gloss. & Bartolus in leg. post legatum. §. his vero ff. de his quibus vt indig. Ripa in dict. leg. vltima. quaestione. 8. optima glossa in dicto. §. item si delator. quo in loco textus probat principalem adferentem, dum statuit, v. saluum accusatorem domini fundo priuari posse, quem textum ipse ita intelligendum esse censeo, vt procedat, quando vassallus dominum accusat criminis, cuius delationem minime tenetur exercere, quamuis crimen id verum sit, ac vere non falso fuerit accusatio proposita, nam ingratitude non ex eo procedere constat, quod sponte non coactus quis crimen etiam verum aduersus dominum, aut donatorem detulerit. Sed si crimen, quod in iudicium deferretur, eam qualitate habeat, vt delator iure teneatur & cogatur eius accusationem proponere, tunc quidem si vere accusatio instituta fuerit, nullum ingratitude vitium accusator contrahit ex dicto §. causas. cogitur enim quis accusare crimen valde perniciosum Reipub. cuiusque punitione maxime eius utilitati convenit, sicuti notant S. Thom. 2. 2. quaestione. 98. articulo. 1. & ibi eleganter Caietan. Dominicus à Soto de secreto. memb. 2. quaest. 5. & Martinus Azpilcueta in capital. inter verba, 1. 1. quaestione. 3. part. vltim. corol. 60. quorum resolutio ea est, vt regulariter nemo teneatur alterius crimen in iudicium per accusationem deferre nisi maxime Reipubl. contineat, scilicet id impunitum non dimittit, & probatur in capitulo, si quis per capillum. 22. quaest. 1. & capitulo, qua propter. 2. quaest. 7. qua ratione in dicto §. causas. iure maximo à Iustiniano excipiuntur crimina contra Reipublicam, vel principem commissa, ea siquidem aduersus patrem filius deferens ad iudicium, ingratus non est; vnde Bartolus in l. in eum. ff. de accusatio. scribens, in crimine homicidij cogi quempiam posse, reum accusare, merito non recipitur ab Angelo ibi nec à Salicet. in dict. leg. si quis homicidij. cum nemo compellendus sit regulariter alium accusare. gloss. in dicto l. si quis homicidij. C. de accusationibus. & in capitulo, licet eodem titulo. quae frequentiori doctorum consensu probantur. Hinc etiam patet, qualiter non est omnino vera

Hernia & Aluaroti interpretatio ad diu. §. Item si delator. dum illum textum procedere existimant in delatione calumnia & criminis, quod in iudicio probatum non est. Nam ex praemissis apparet vasallum priuari feudo iuste posse, si dominum in iudicio reum fecerit criminis etiam veri, quod tamen ipse sponte nulla lege coactus, cum accusare non teneretur, ad iudicium detulerit.

CAPVT XII.

De ratione computandi temporis ab annorum numero.

SYMMARIA.

1. Annorum computatio à Christi natiuitate qualiter apud plerasque nationes fit.
2. Ab incarnatione Christi quandoque numerus annorum sumitur, & ibi, quam varie hoc fiat.
3. Aera Caesaris quid sit, & inibi late traditur, quo pacto temporis ratio ab ea sumi consueuerit, apud Hispanos. & ibidem de die natiuitatis Christi & de Hiera.
4. De institutionibus & pensionationibus generibus.
5. Quo tempore initium habuerit institutionum vsus, & quam originem rationem habuerit.
6. Institutionum calculus, eiusque observatio, & à qua anni parte incipiat.
7. Institutionis adiectio precise necessaria non est, & quid si ea differat ab anno Domini, ipsi instrumentis appositis.

QVam varia fuerit apud veteres anni ratio, plerique ex auctoribus meminere, sicuti Plinius *lib. 7. ca. 48.* Macrobius *lib. 1. Saturna. cap. 8.* Gellius *lib. 3. cap. 16.* & iunioribus Virgilius Polydorus *lib. 2. de inuen. rerum. c. 4.* Andr. Tirac. *lib. de retrat. §. 1. gl. 10. in prin.* Sic non vna fuit omnibus nationibus temporis computatio, siquidem veterum monumentis constat Græcos per Olympiadas, Hebræos vel à diluuiio, vel à mundi origine, Romanos ab vrbe condita atque à consulibus huius rei rationem obseruasse. At Christiani duodecim mensium vtuntur anno, quo & Ethnicorum quidam vsi fuere, eius tamen initium apud nos discrimen habet. Quidam etenim id adsumunt à Iesu Christi natiuitate, quæ vicessima quinta die Decembris contigit, octauo calendis Ianuarij auctore Augustino in enarratione in *Psalm. 132. ad finem. diuo Thoma 3. part. quest. 35. art. vlt. idque ab ecclesia, cuius autoritas certissimam fidem habet traditum est ex ipso Christianæ religionis exordio, itaque in Romana curia non à Calen. Ianuarij, sed ab ipsa vicessima quinta Decembris die anni fit computatio, & initium, sicuti notat *gl. in extranag. 1. in fin. de censib. inter commu. tex. expressus in consil. 1. §. nos. de omnipot. Dei. tit. de punit. & remissio. sub eisdem extranagantibus. text. ad idem in extranagant. quem admodum. eod. tit. Rota noua 50. Ioan. Lucidus in *lib. de vero die pas. Christi. c. idem. lib. de emend. serap. c. 10. idque frequentius apud Hispanos seruatur. Cautius tamen est illis septem vltimis Decembris diebus addere signum aliquod, vnde appareat, id tempus ad initium anni non ad finem pertinere, & ita quandoque tabelliones hac cautela cautissime vtuntur, ob effugiendam incertitudinem: vsus vero obtinuit plerisque in regionibus, vt anni à natiuitate adsumant exordium à calendis Ianuarij, quod magis conuenit Astrologis, eo quod annus ex duodecim consistit mensibus, quorum primus ipse Ianuarius est, ab ipsius igitur initio aptior fuit anni computatio, nisi septem illis diebus à Iesu Christi natalibus differret, vt quæ sit illhæc annorū dinumeratio à Christi natiuitate ita intelligenda est, vt anni currentis nondum finiti signum existat. Sic sane annus à natiuitate Christi, veluti currentis adhuc & inceptus nondum vero finitus significatur, quem admodum vsu receptum est, & animaduertit Cardin. in *cap. inuen. de sponsa. Cholmas in prag. sanctio. Gallicana. tit. pen. in verbo. anno.****

2. Sunt, qui ab incarnatione Iesu Christi, id est, à vicessima quinta die Martij, annos dinumerant, nam & huius moris meminuit *tex. in capit. 1. de similit. 2. 3.* & Castellæ Rex Alfonso in proœmio illius Regiarum constitutionum operis, quod Septem partitum appellamus. Sed ipsa initium anni incarnationis, adsumunt nonem mensibus ante natiuitatem qua ratione annus à natiuitate quinquagesimus erit, & eiusdem numeri ab incarnatione vsque ad vicessimam quintam diem Martij, & ab eo die, qui est quinquagesimus annus à natiuitate, erit quinquagesimus primus ab incarnatione, qui quidem vsus potius placuit quibusdam, quam is

quo Florentini vtuntur, tribus mensibus post natiuitatem incipientes numerum annorum incarnationis, vnde iuxta computationem hanc, annus quinquagesimus à natiuitate vsque ad vigesimam quintam diem Martij, erit quinquagesimus nonus incarnationis, ab eo die erit quinquagesimus incarnationis simul natiuitatis, qui tandem vsus apud Romanam curiam omnino seruatur, quod apparet ex *litteris Clementis septimi, quarum meminit Ioannes Lucidus in dicitō capitulo tertio, probatque Rota in nouis 108. scribens, secundum cursum Romanæ curiæ annum incarnationis incipere post natiuitate Christi, quasi quod apertus est, annum incarnationis incipiat vicessima quinta die Martij, postquam incepterat annus natiuitatis vicessima quinta die Martij, postquam Decembris. Ceterū quod eadem Rota decisio lubdit, iuxta consuetudinem Angliæ, & Franciæ incipere annum incarnationis post mensē Martij, est ita interpretandum, vt sciamus annum incarnationis apud Gallos & Anglos incipere à die ipso Paschæ resurrectionis, non à vicessima quinta die Martij. Nec tamen ex hoc inferitur Gallos enumerare annos Domini à resurrectione, qua contigit triginta tribus annis post natiuitatem, sed procul dubio enumerare ab incarnatione, initium sumentes ab insigni die, nempe à Paschæ resurrectione, quod explicat Chassan. in *consil. di. gun. rubr. 1. §. 8. ver sic. quæra quomodo. num. 4. & in Catalog. glorie. mundi. part. 12. considerat. 39. Cholmas in prag. sanctio. tit. penult. in verbo. domini. & Philip. Probos in eadem pragmat. tit. vltim. in verbo. domini. post eundem Cholmas ibi. Hinc aperitur sensus eiusdem Rotæ dicentis post mensē Martij, annum incarnationis incipientem, & eum qui initium habuit à natiuitate præcedente, numero conuenire. Annus etenim incarnationis, secundum Gallos incipiens à die resurrectionis idem est cum eo, qui paulo ante iuxta Romanæ curiæ vsum incepterat à natiuitate. Et licet Ioanni Lucido displicuerit modus computandi annos ab incarnatione, quem tradidimus ex Romanæ curiæ vsu potius consentienti moribus & vsui Hispanorum, eo quod ab ipsa die, qua Christus fuit incarnatus, deducatur ab eis ipsa Chronologia, vere quidem satis conueniens est, si intellexerimus eam computationem præcedere ab anno incarnationis finito, ita sane, vt annus ab incarnatione millesimus, sit iam finitus & perfectus, millesimo primo currenti, ex Cardinal. in *dicitō capitulo inuen. §. 1. in dicitō pragmat. sanctione. titulo penultimo. in verbo. anno. Arcetius consil. 71. ad finem. Catelli. Cottæ in dicitō. anni tenfit Baldus in leg. imp. 2. §. 8. notatores. ff. de Senat. ex quibus inferitur, oportere tabelliones annos describentes expressim addere vel à natiuitate, vel ab incarnatione, ne adfit temporis incertitudo apud eos, qui morem, & vsus eius regionis, vbi confecta est scriptura, in anni computatione ignorat, ex ea etenim scriptura, quæ annos Domini designat, nulla facta mentione natiuitatis, nec incarnationis, facile oritur hæc incertitudo, vt admonet Author artis notariatus, 2. 1. 1. column. 7.***

Olim sane apud Hispanos ab Aera Caesaris anni designabantur, quod satis compertum est: & in ea re illud ab omnibus asseueratur initium huius computationis triginta octo annis præcedere Christi natiuitatem, exordiumque sumpsisse ab Octauiani Augusti principatu, qua ratione annus hic quinquagesimus à natiuitate, erit ab Aera Caesaris octuagesimus octauus, hoc probatur ex proœmio Particulari & ex concludorū, historiarumque veteribus libris, diligenter que ostendit & Ioan. Valæus priori parte Chroniconum Hispaniæ capitulo. 22. *Messias libro. 2. Syluest. variæ lib. ditionis cap. vlt. quo fit manifestū esse lapsum præstulis Gerundensis vltimo libro & capitulo. Paralipomenon scribens, Aera Cesaris viginti sex tantum annis præcedere Christi natiuitate. Nā licet auctoribus Eutropio, Orofio & Eusebio Christus natus fuerit anno imperii Augusti quadragesimo secundo, ita tamen est id intelligendum, vt sciamus secundum eam computationem Imperii Augusti à morte Iulij Cesaris initium accipere, cum tamen prioribus annis post Cesaris obitum maxima bella, & ciuilia contecerit Augustus, nec solus, nec pacatum obtinuerit Imperium scribit enim Suet. in Augusti. capitulo. 16. Octavianum, C. Sotio, & T. Domitio consulibus anno duodecimo post Cesaris obitum, M. Antonium, & Lepidum Triumuiros societate priuasse exintis ciuilibus bellis, & ab eo die solum Imperium Romanum obtinuisse. Sed & Dio lib. 51. & Xiphilinus scribit, annos Imperii Augusti esse numerandos à victoria Actiæ.*